Fragmentarium

[...]nem. et contra cuncta nobis ad
verſantia dexteram tue maieſtatis exten
de. Per dominum.
In diebus illis. Dixit dominus ad moy
ſen. Aſcende ad me in montem et eſto ibi da
boque tibi duas tabulas lapideas et lege
ac mandata que ſcripſi ut doceas filios
iſrahel. Surrexerunt moyſes et ioſue
miniſter eius. aſcendensque moyſes in
montem dei ſenioribus ait. Expectate hic
donec revertamur ad vos. Habetis aaron
et hur vobiſcum ſiquid natum fuerit que
ſtionis referetis ad eos. Cumque aſcendiſ
ſet moyſes operuit nubes montem et habi
tavit gloria domini ſuper ſynai. tegens
illum nube ſex diebus. Septimo autem
die vocavit eum de medio caliginis. Erat

et preſta ut apud te mens nr̄a tuo de
ſiderio fulgeat que ſe carnis maceratio
ne caſtigat. Per dominum.
In diebus illis. Locutus eſt yſaias propheta di
cens. Querite dominum dum inveniri
poteſt invocate eum dum prope eſt. De
relinquat impius viam ſuam. et vir ini
quus cogitationes ſuas. et revertatur
ad dominum et miſerebitur eius. et ad
deum noſtrum. quoniam multus eſt ad ignoſ
cendum. Non enim cogitationes mee co
gitationes veſtre neque vie mee vie veſtre
dicit dominus. Quia ſicut exaltantur celi
a terra ſic exaltate ſunt vie mee a viis ve
ſtris. Et quomodo deſcendit imber et nix
de celo et illuc ultra non revertitur ſed inebri
at terram et infundit eam et germinare eam

License: public_domain – Leuven, Archief van de Abdij van Park, VIIIB20/21, fol. [1]v-[2]r – Missal (https://fragmentarium.ms/view/page/F-jmq0/6526/55836)